

de gradibus, dupla & sesquialtera & sesquitercia reperitur. Sed hac in die viderint. Adicit hic Plato vna duo, quatuor, sex, octo, duodecim, & quatuor ad duo, dupla est ab octo ad quatuor quoque, duplaxi quidem excessus duo proportionione sunt: atque tertio; enim sic perduplam, non tamen parte, numerus ad fontana enim quatuor supra: quaternarius vero ad binario excedit binaria. Copra rursus sexaria, hinc quid ad quaternaria uideat verò ad octonarium. Hinc certe fit sesquialtera: inde vero fit sesquitercia. Ii ergo excessus proportionione sunt impares, numero verò par. Paroique enim per binarium fit excessus. R. vsus comparata sex ad duodecim proportionione dupla. & inter hoc ad vtrumque; conficitur octonarium. Certe ad duodecim ad hunc sesqui altera nascitur. Ab hoc ad sex, vna sesqui tertiam quibus dupla inter sex duodecimque; coponitur, in qua duo illi excessus tam proportionione quam numero impares euidet, et apparent. Hic omnia commentarius Timæi commodius pertractantur.

CLINIUS, ATHENIENSIS, HOSPIES, MEGILLVS.

HAM, vt communiter statueramus, huc attendam omnes res, ò hospes, recte perueniamus, ego & tu, & hic Megillus de prudentia quaesituri, qua ratione illud attingere valeamus, quo intellecto humanus habitus optimè se, quantum natura fert ad prudentiam habet. Cetera enim quæ ad ferendas leges pertinent, iam tractauimus. Quod verò & inuentu & dictu maximum est, quoniam videlicet, si cognitū sit, sapiens homo fiat, neque inuenimus, neque diximus. Verum nullo pacto prætermittendum censio, ne forte imperfectum illud relinquamus, cuius apperendi gratia hucusque profecti sumus. **A**THENS. Scitè loqueris, ò amice Clinia. Sermonè verò quendam nunt mirum, & rursus quemadmodum non mirum audiatu te peto. Multi enim fluctibus huius vitæ iactati illud prædicant, humanum genus felix atque beatum esse non posse. Attende igitur & considera vtrum & ipse rectè hac de re dicere videar. Impossibile arbitror homines in hac vita, præter admodum paucos, felicitatem & beatitudinem assequi. Bona tamen spes est, vt post mortem quis ea omnino consequatur, quorum desiderio accensus, optinè pio viribus egit vitam atque exegit. Nec in auditum aliquid nouum que adduco, sed quod Barbari omnes & Græci modo quodam cognoscimus. Nemo enim ignorat quanta sit in prima generatione animalium difficultas, in conceptione & vtero primū, deinde in nauitate & partu, postea in nutritione atque educatione. Nam per mille labores fieri hæc non ignoramus. Breue autem tempus est, non solum respectu diuturnitas malorum, verum etiam quocumque modo quis cogitet, quod quasi circa humanæ vitæ medium respirare parumper nos facit. Sed citò tristis senectus superueniens efficit ne quis optet rursus in vitam redire, cum præterita molestias cogitet, nisi puerili opinione feratur. Quæ omnia ita se habere, illud mihi argumentum est, quod modò quaeritur. Quærimus enim quoniam pacto fieri sapientes possimus, quasi aliqua huiusmodi vis singularis insit. Quæ quidem tunc nos fugit, quando ad aliquam earum facultatum, quæ artibus vel prudentiæ vel scientiæ nomine communiter appellantur, quis perrexit, tanquam nulla illarum in huiusmodi humanis rebus digna sit sapientiæ vocabulo nuncupari, animus tamen valde cõfidat, vaticineturque aliquam huiusmodi vim sibi secundum naturam inesse, quæ verò sit, & quando, &

Quæ ar-
tibus
vel
scientiæ
nomine
communiter
appellantur,
quis perrexit,
tanquam
nulla illarum
in huiusmodi
humanis rebus
digna sit
sapientiæ
vocabulo
nuncupari,

quod & optimum est, & maximè in gubernandi arte requiritur. Neque etiam sapientes dici eos volumus, qui litigantibus dicendi verbus adsunt. Quippe cum memoria & vsu opinionis moribus se accommodent, & a veræ iustitiæ intelligentiæ procul abierint. Reliqua est mira quædam vis, quæ sibi opinionem sapientiæ similiter vendicat, quam naturā magis quā sapientiam multi dixerit. Hæc in eo cõsistit, quando facillè quisquam dicit quæ velit, & multa diu ac firmiter meminit, & quod vnicuique idoneū est cum oporteat, citò, & cõmodè reddit. Hæc enim omnia alij naturā, alij sapientiam, alij naturæ solertiam nūcupabunt. Sed nullus mentis cõpos verè sapientem propter hæc esse quenquam cõcedet. Veruntamen necesse est scientiā aliquam inueniri, quā quisquis habuerit, non solum videretur, sed reuera sit sapiens. Attentione opus est. Nam arduum omnino rem aggredi somus, qui aliā præter dictas artes scrutemur quæ iure sapientiæ vera dicatur: quam qui adeptus est, nec abiectus, nec stultus erit, sed sapiens bonusque propter ipsam ciuitatis principem & subditis. Hinc igitur primam inspicimus, quæ ex omnibus humanis artibus ita se habet, vt si hæc vna femoueat, amentissima & insipientissima hominis natura redatur. Non est autem hoc inuentu difficile. Nam si vni vnam conferes, illa quæ numerū mortaliū generi dedit, id profectò efficiet. Deum autem aliquem magis quam fortunam ad salutem nostram hoc munus nobis arbitror cõtulisse. Quem verò deum putem, vobis dicam, etiam si absurdum videbor, & rursus modo alio nõ absurdum. Nam ipsum bonorum omnium autorem, cur non etiam maximè boni, prudentiæ dico, causam arbitrab mur? Quem verò deum laudibus, & Megille, & Clinia esset? Cælum ferè, quod par est, sicut daemones alij simul omnes ferè, dei faciunt, nos quoque honoribus colere, ac præcipuè precari. Atque ceterorum omnium bonorum causam nobis cælum fuisse, omnes conseruemus. Dedit ille præterea numerū, atque etiam si quis obseruare velit, daturum, nos affirmamus. Quod quidem is assequetur, qui in rectam eius speculationem ascenderit, siue mundum, siue olympum, siue cælum id libeat appellare, dum modo varietates ipsius consideret, & quomodo anfractu circuituque altorum diuersa efficiat tempora, alimētūque animalibus largiatur, ac sapientiam vnā cum numero ceterisque bonis hominibus tribuat. Id verò maximum est, si quis numerorum munus ab eo suscipiēs, omnem percurat circuitum. Sed memoria repetamus, dictum & rectissimè quidē in superioribus à nobis fuisse, si quis ab hominibus natura numerum auferat, nunquā prudens nos fore. Nunquam enim ferè animalis huius anima virtutem omnem percipit, à quo rationem abstuleris: nec animal quod duo & tria, & par & impar, ac numerum profus ignorat, ratione de rebus reddere vnam poterit, quas sensu solū atque memoria percipit. Reliquam verò virtutem, fortitudinem dico & temperantiam, habere nihil prohibet. Qui autè veræ rationis est expertus, is quomodo sapiens vnquam euadet? Cui verò deest sapientiā, vniuersæ virtutis pars maxima, is cum bonus absolutè esse non possit, nunquam beatitudinem assequetur. Ita necesse est omnino numerū præponere. Idque necessarium esse, pluribus etiam rationibus monstrari licet. Sed rectè nunc tatione hac ostenditur, quod ceteræ artes quas omnes paulò antè enuerauimus, sublato

Scientia
que sola
sapiens

Aristote-
tica.

De præ-
stanti-
meri in
eig-
cibus
rebus.

numero penitus euanescent. Fortè verò qui de artibus cogitabit, pauca esse arbitrabitur, in quibus humanū genus numerum indiget, quamuis & hoc magnum sit. Verum si quis, quod diuinum in generatione, & quod mortale est, insperet, qua in re pietas erga deos & verus numerus cognoscetur, is profectò inueniet, nullum quantum virtutis nobis causa omnis numerus sit, si in nolite vsu veretur, comprehendere posse. Nam & tota musica motus & vocum numero indiget. Et quod maximum est, bonorum quidem omnium, mali verò nullius causam esse numerū, hinc facillè cognoscere possumus, quod irrationalis & inordinata, deformis, inepta, incondināque agitatio, omnia denique in quibus mali quippiā inest, omni numero caret. Quod sanè qui beatus tandè futurus est, ignorare nõ debet. Et qui iustum, bonū, honestū, ceteraque huiusmodi ignorauerit, nec veram opinionem de his acceperit, ad seipsum & alios persuadendos numeri rationisq; vi vti non poterit. Sed cõsideremus iam quomodo numero vti didici mus. Age, vnde vnū & duo percipimus vt illud animaduertamus, ad quod cognoscendū ad vniuersam naturā vimque accipimus. Profectò cum multis animalium natura negauerit, ne à patre queat vsum numeri discere, nobis id primū indidit deus, vt possimus in eo quod ostenditur, numerū intelligere. Deinde ostendit apertius, idemque assidue facit. In qua explicatio rerum nihil aliud, si vnum vni cõferatur, pulchrius inspicere possis, quam dei lucem. Vnde & nõ de oculorū officio vicissim consideres, hæc maxima apparet diuersitas. Nam si reuolueres, hæc non desinas, multas noctes, & multos dies videbis, quibus cælum nunquā cessat docere homines vnū atque duo, vt etiā qui tardissimus est, hinc vti numero discat. Sic enim & tria, & quatuor, & multa quilibet cernendo, hinc intelliget. Sed de his vnam deus Lunā formauit, quæ modo minor, modo maior apparet, ita quotidie varia ad quindecim vsque dies ac noctes cernitur. Hic autem circuitus est, si quis tantū circulum in vnū conferre voluerit. Quare, vt ita dicam, tardissima etiā animalia, quibus naturā aliquā deus dedit, vt possint discere, numerum perciperēt. In his igitur ad hæc vsque, quodcumque animal discendi potestatem habet, vnum quodque per seipsum considerando, ad numerandū idoneum maximè factum est. Sed numerū omnem ad numerum cõferre, maius opus est, atque idcirco lunam, vt diximus modò crelescem, modò decrescere fecit. Hinc menses ad annum cõstituit, numerumque omnè felici quadam fortuna conferri ad numerū docuit. Hinc terra fecundior facta cõcipit, fructusque ad alimentum animalium omnium parit, cum & suauiter venti flant, & imbres in terræ gremium salubriter desidunt. Ac siquid mali in his accidit, non diuina culpa natura est, sed humana, quæ iniuste vitam suam distribuit. Nobis autem de legibus modo scribentibus cetera quæ hominibus optima sint, facilia cognitū esse videntur, & que libet posse sufficere, quæ de iis dicuntur, intelligere, ac præterea, ac facere, postquam quid conferat, & qui non conferat perspexerit. Cetera inquam nobis vicia sunt, & modo videntur non nimium ardua: quo autem pacto homines non efficiantur, penitus difficultum. Reliqua rursus bona, possibile est, vt dicitur, & non arduum possidere, opes quatenus oportet, & quatenus non: & corpus quale decet, & quale non decet. Animum quoque bonum habere oportere

Vnde dicitur
omnino
meritum.

quisq; fatetur. Quomodo etiam bonus futurus sit, interrogatus quisq; ita responderet, si iustus, moderatus, fortisq; sit, ceteraq; huiusmodi. Sapientem quoq; animi esse debere, quis neget? Quæ verò sapientia comparanda sit, ut nuper disseruimus, nullos de malis inter se cōuenire cognouimus. Nunc ergo præter omnes quas supra narrauimus sapientias, non vitem quandam ad hoc ipsum inuenimus, ut qui iam dicta didicerit, sapiens videatur. Vtrum verò sapiens bonusq; sit, qui hæc didicit, ratione quaerendum. **CLIN.** Scitè nimium loquutus es hospes, cum affirmares magna te de magnis dicturum. **AT.** Certè non parua sunt hæc, ò Clinia; & quod maius est, penitus vera. **CL.** Ita sanè, ò hospes. Labori ne cedas, quin ve corpisti progrediare. **AT.** Dabo operam: sed vos etiam labori audiendi ne cedatis. **CL.** Sic vtiq; faciemus, ut ego pro vtriusque respondeam. **AT.** Probe. Quare altius repetendum; & primò quidem si quo modo possumus, vno nomine comprehendum videtur, quænam ea facultas sit, quam sapientiam esse arbitramur. Sin minus id fieri potest, saltem alteri declarandù, quænam, & quot sint artes, quibus habitis, sapientem more nostro hominem appellamus. **CLIN.** Dic iam. **AT.** Omni crimine legum lator carebit, si melius de diis quam præci fecerit, & optima vsus disciplina, deos hymnis colat, beatitudinèq; extollat, atq; ita vitam trahat. **CLIN.** Rectè tu hospes, quandoquidem finis hic legi tibi propositus est, ut dei cultu & vitæ puritate optimum atq; pulcherrimum exitum consequaris. **AT.** H. E. Quomodo ergo dicemus, Clinia? An deos hymnis magnopere honorabimus? supplicibusq; ut sequentem de ipsis disputatione optimè & pulcherrimè trahamus? Itane, an alter agendum censet? **CL.** Ita profus, sed, ò vir felix, diis fide habita precibusq; præmissis, sermonem qui tibi in mentem venerit recense, de bonis que circa deos & deas fuit. **AT.** H. E. Sic erit, si deus ipse nos duxerit. Tantum modo mecum precare. **CLIN.** Prosequaris ergo. **AT.** Principiò deorū animalūq; progeniem, quoniam malè maiores nostri de diis tradiderunt, nunc melius tractandā ita suscipere operæ pretium est, ut superiorem aduersus impios disputationem à nobis habitam resumamus, qua asseruit esse deos, rerūq; omnium maximarū simul & minimarum curam habere, nec precibus vllis muneribusq; præter iustum placari. Recordamini ne hæc dicta esse, ò Clinia? Profectò ita tūc accepistis, ut meminisse debeatis, præsertim quia maximè vera esse constitit. Omnium verò maximum illud habitum est: Antiquiorem omni corpore omnem animam esse. Num recordamini? Vel maximè id quidem. Nam quod melius & antiquius, atque quod diuinius est, id in se riore iunior ac viore priusest. Et similiter dux ducto & princeps subiecto natura prius. Id igitur admittamus, animā corpore antiquiore esse. Quod si ita se habet, quod in generatione p̄tini primū est, verisimile profectò est præiuisse. Quare ponamus principatū principūq; principij decentius se habere, & sic rectissimè in sapientia de deorum generatione nos ingredi. **CL.** Maneant ista pro viribus affirmata. **AT.** H. Age igitur, nõne verisimè animal secundū naturā tunc affirmamus, cum vna animæ corporisq; constitutio, vna suo cōcursu formam parit? **CL.** Rectè. **AT.** H. Animal ergo huiusmodi aliquid meriti nūcupatur. **CL.** Certè. **AT.** H. Solida verò corpora quinque cōuenienter dicere possumus, ex qui-

Quæ si
est illa, quæ
quærentis
esse arbi
tramur.

bus pulcherrima optimāq; singuntur. Alterum autè genus vniuersum vnam possidet formam. Nō enim est aliud quicquam quod incorporeū esse queat, & omnino coloris expers extra diuinitissimum illud genus in quo est anima. Cuius generi soli fingere fabricareq; cōuenit, corpori verò fieri, gigni, atq; oculis cerni. Sed anime generi, non enim semel id dicendū, conuenit ut inuisibile sit, cognitionis cōpes, intelligibile, memorie rationisq; in ipsis imparibus paribusue transmutationibus particeps. Sed cum quinque sint corpora: ignis, aqua, tertius aer, quartum terra, quintū ætherorū in principatibus multa variatq; singularia animalia produciunt. Quod in vno sic dicere possumus: ponamus enim primò terrenum animalū genus esse homines, animalia in bipeda pedibusq; carentia, progressus similes, & stabilia, radicibusq; connexa. Vnū autem id vbi que existimandum, ut quāuis omnia ex omnibus corporū generibus sint, plurimū tamè in hoc terre solidæq; naturæ insit. Alterū animalū genus ponendū, quod etiā gignitur cerniq; potest, & ignis plurimū possidet, terre quoq; & aeris ceterorūq; omnium paruas particulas habet, vanaq; idcirco hinc omnino animalia & visibilia gigni dicendum. Hæc celestia putamus animalia esse, diuinū ætherorū genus, corpore pulcherrimo, animāque beatissima & optima constitutum. His vtiq; animalibus è duabus fortibus alteram tribuendā putamus. Nam aut absq; pernicie immortalia profus atq; diuina necessaria singularia sunt: aut vitam longè uā agūt, singulis adeo sufficienter, ut longiore non egant. Hæc inquam duo esse animalium genera cogitemus. Rursusq; dicamus vtraq; visibilia esse, quorū alteri ex igne totū, ex terra alterum videtur. Sed terrenū quidem absq; ordine igneū verò omni ordinis ratione mouetur. Quod absque ordine fertur, amens esse putandū est, quod plerūq; faciunt apud nos animalia. Quod autem ordine in celo progreditur, id mētem habere sufficienter eo vestigio demonstratur, quòd per eadē semper & similiter proficiscitur, agitq; & patitur eadem. Anima verò intellectum habentis necessitas omnium necessitatum maxima est: ducens enim, sed non ducta gubernat. Quādo autem anima quæ res optima est, consilio secundum optimum intellectum se gerit, tunc sine persuasionē in quod verè secundum intellectum proficiscitur, necessario eueniet, nec adamas solidus immobilisq; esse poterit. Sed tres profectò Parca, quod singuli deorū optimo deliberarunt consilio, perfectū conseruant. Oportebat igitur hominibus argumento esse, quòd alstra vniuersūq; ille circuitus mētem habeant, quia eadē semper agunt. Maximo enim atque mirabili temporis spatio iam antè quid sibi agendū sit, deliberarunt. Nec sursum deorsumque modo hoc, modò illud cōsilio probat. Quare nec errant, nec præter antiquū ordinē reuoluunt. Multis autem nostrum cōtra visum est, hæc quia eadem & similiter semper agunt, animam non habere. Hæc insanam opinionē sequitur vulgus, & genus humanum quia mouetur, vitam mentemq; habere putauit: Diuinum verò quia in eisdem permanet lationibus, mēte caret. Decebat autem pulcherrima melioraq; & diis gratiora sentire, quòd propterea mentem habeant, quia per eadem similiter profectā, eadem semper agunt. Hanc ætherorū naturam esse, visū pulcherrimam, que progressu & chorea optima vtens, omniumq; chorearum magnificentiissima, cunctis animalibus commoda præbet.

prebet. Quod autè non immeritò animata hæc esse dicamus, primū magnitudo ipsorum testatur. Nō enim tanta sunt dūtaxat, quāta cernuntur: sed incredibili magnitudine singularia sunt. Quod idè credèdū est, quia sufficientibus demonstrationibus id ostenditur, quibus Solem totū terra maiorem esse, & quæcunque feruntur alstra mirabilem habere magnitudinem intelligimus. Cogitemus igitur quomodo fieri possit, ut tanta magnitudo ab aliqua natura possit tanto tempore circumferri. Ego igitur assero Deum causam esse, nec aliter fieri posse. Animatum enim non aliter quàm propter deum fieri posse, ut nos declarauimus. Quoniam ergo id facere Deus potest, facile ipsi fuit primū omni corpori magnitudinēq; vitam tribuere: deinde qua ratione optimè fieri cogitarit, hæc ducere. Demum de his omnibus verò hæc sententiam ferri volumus: impossibile esse terram cæli, stellatq; omnes & quæ ex his cōstant moles, nisi anima singularis aut adsit, aut insit, adeo exquisita ratione annis, mēsis, diebusq; circumuoluat, nobisq; omnibus bona omnia facere. Hoc minus verò deceat quò vilior est, eò minus de ipsis nugari: sed conari potius certi aliquid dicere. Si quis autem impetus corporum, aut naturas, aut huiusmodi quicquid ordinis huius agitationisq; causam esse dicet, peripsum nihil adducet. Verum quod diximus, iterū arte cōsideremus, ut pateat vtrum oratio illa probabilis sit, an omnino inutilis iaceat: quā primo dicitur, quò quædam esse animam atq; corpus, & quæ ad vtriusq; partes pertinent esse multa: cūq; ab aliis in genere suo differre, & vtraq; in genera se inuicem esse differētia, adeo ut tertium nihil sit vtriusq; cōmune. Animam verò ita differre à corpore, quòd illa mentem habeat, hoc nō habeat. Illa dominetur, hoc subiciatur. Illa omnium passionum corporibus, hoc nullius causa sit. Quocirca si quis celestia ab alio quocumque facta fuisse nec ex anima & corpore, ut diximus, constare contendat, stultus omnino imperitusque habendus est. Igitur si rationes in his omnibus adductæ quicquam valer, atque hæc omnia diuina profus iudicanda sunt, duorum alterum arbitrari oportet. Nam aut deos esse hæc & rectissimè quidem putabimus: aut deorum imagines, & quasi statuas esse ab ipsis diis prudentibus dignissimisq; artificibus fabricatas credemus. Alterū inquam, horū decernamus, & quòd decreuerimus firmiter tenemus: multo que magis hæc quàm alia quælibet simulachra veneremus. Nunquā enim pulchriora cunctisq; hominibus comuniora simulachra reperientur: nec in excellentioribus locis locata, puritate, maiestateque & perpetua vita pollentia, quàm hæc quæ vndiq; similiter constructa sunt. Sed nūc id quoque de his asseruerimus. Nempe cum duo animalia nobis visibilia cognouerimus, quorū alterum in mortale, alterum verò quòd terrenū est, omne mortale sit, iam tria de quinque mediū sortita locū probabilis ratione declarare conemur. Æthera post ignem ponamus, ex quo animam animalia gignere arbitremur: quæ similiter, ut in cæteris generibus fit, plurimum de suo habeant, minimū autè copulæ gratia de generibus alienis: post æthera ex aere alterum animalū genus: tertium ex qua similiter ab anima fingi. Quæ omnia cum anima finxerit, totū animalibus cæli impleuit, omnibus quoque fieri poterat generibus viā, quæ omnia vitæ participia sunt. Secunda verò & tertia, quarta & quinta à manifestiorum generatione deorū incipientia ad nos tra-

dem homines deducunt. Deos igitur Ionè & lunam ceterosq; omnes quomodo cūq; alios velit locato, modo legè eandē feruat, atq; hanc rationem stabilem tenet. Visibiles atq; deos maximos, summo perēq; honorandis, acutissimèq; vndiq; cuncta vidētes ac primos, naturā ætherorū & que cum ætheris facta sentimus, fatendū. Deinceps verò sub his dæmonibus genus aereū in tertia mediæque regione, qui interpretationis causa sunt, collocatos, orationibus colere, gratia laudabilis intercessionis interpretationisq; debemus. Horum quidè duorū animalū alterum ex æthere, alterum deinceps ex aere est. Ac neutrū conspicit totū potest: sed quamuis hi dæmones prope nos sint, nunquam tamè manifestè nobis appareat. Prodentis mirabilis potentis sunt: acuto quippe ingenio, tenaciq; memoria: cogitationes non stras omnes cognoscunt. Honestos bonosq; homines misericè diligunt, improbos vellemus: o dederit, ut pote qui doloris participes sunt. Sed Deus qui diuinā fortè perfectè possidet, à doloribus voluptatibusq; liber, sapientia cognitioneq; penitus fruatur. Dum autem refertur animalibus cælum sit: & dii summi & dæmones se inuicè interpretantur. Media enim animalia tū ad terrā, tū ad cælum leui motu feruntur. Quintū verò quod ex aqua est, rectè semideum vocabimus. Id nonnunquā cernitur, nonnunquā aspectu nostro se subtrahit: & cum videtur, tenui visu perceptū admirationem affert. Cū igitur quinq; hæc animalia sint, quæ aut somnis, aut vaticinio, audituq; per vocē sanorū, aut egorantū nobis bus percepta, aut etiā in genero à vitæ excessu nobis se offerentia, nostros animos mouent, vnde multa multis sacra & priuatim & publicè his opinionibus instituta sunt, institueturq; in posterum: horum omnium legislator qui vel minimū mētis habent, nunquā aliquid inuouabit. Cavebit enim ne ad nouum minus certè religionis cultū ciuitatem suam vertat. Nec quæ patria lege vel cōsuetudine de sacrificio firmata sunt, mouere audebit. Scire namque debet, mortali naturæ non esse possibile certi quicquid de his cognoscere. Eadē ratione pessimi habendi sunt hi, qui deos vere oculis manifestos nō prædicat: & sine sacrificiis debitisq; honoribus relinquit eos ab hominibus patiuntur: perinde enim faciūt, ac si quis Solè Lunāq; omnia iustare, nullūq; in honore haberi videat, nolit tamè pro virili sua parte clara hæc hominibus reddere, ut solēnes dies eius sacrificiaque agantur, ac tēpora maiorū minorūq; sæpe annorū certa distribuātur. Nōne malus & stultissimū & cognoscētū cuiq; si dicatur, meritiò dici videbitur? **CL.** Quidni, hospes! Mō verò pessimus. **AT.** H. Id ipsum, ò amice Clinia, scias nūc mihi accidisse. **CL.** Quōnam pacto? **AT.** H. E. Scitote octo in celo esse virtutes, sibi inuicè sorores, quas ego inspexi, nec magni aliquid feci, cuius enim hoc facile est. Maron tres hæc sunt, Solis vna, Lunæ vna, stellarū omnium, de quibus antè diximus, vna, atq; alix quinque. Hæc omnes & eos qui in his sunt, siue ipsi progrediantur, siue in vehiculis ferantur, nullus ita habere se putet, ut alij eorū dii sint, alij minimè, alij legitimi, alij tales quales nefas est dicere: sed omnes fratres, & in fratribus fortibus viuentes dicamus, usq; honores reddamus: nō alij animum, alij mētem, alij nullā fortem, nullūm vè tēpus, in quo circum solum percurrit mundū ornatumque vna perficiens, quem ratio omnū diuinitissima visibilem statuit. Hunc vir felix primū summam visum admirat: deinde cupiditate ardet ea discēdi quæ-

conque

cumq; à natura mortali percipi possunt, sic arbitrat-
 rit ad congrua virtutis loca venturum. Atq; ita verè
 incitatus, & ipse vnus vnà reuera sapientiam nactus,
 reliquum tempus in rerum omnium pulcherrima-
 rum cõtemplatione versatur. Post hæc quæ & quot
 sunt, dicendum est. Eisdem affinnare audeo, nun-
 quam nos in hoc mendaces fore. Iterū octo esse di-
 cimus. Quarū tres dictæ sunt, quinque restant. Quar-
 ta verò & quinta latior & decussus æquali fermè ve-
 locitate cum sole feruntur, itaq; neq; tardiores sunt,
 neq; velociores. Atq; harū trium semper sufficiens
 ductor est intellectus. Solis dico & Luciferi, & ter-
 tij illius, quod cum ignoretur, nominari nõ potest.
 Quod propterea factū est, quoniam primus harum
 rerum spectator Barbarus fuit. Antiqua enim regio
 illos aluit, qui propter æstiuæ temporis serenitatem,
 primi hæc inspexerunt. Talis Ægyptus & Syria
 fuit, vbi stellæ semper omnes, vt ita dixerim, cla-
 re cernuntur, quia oculi aspectum nubes & pluuia
 non impediunt. Inde hæc & aliõ quocunq; infinito
 tempore probata ista manarunt. Quapropter ma-
 gna cum fiducia hæc legibus sanciantur. Res enim
 diuinas non esse venerandas arbitrari, aut hæc ne-
 quaquam esse diuina, extrema dementia foret.
 Quod autem nominibus caret, causam hanc dice-
 re oportet. At enim etiam nomina ab aliquibus
 acceperunt. Lucifer enim qui & Vesper est, ratio-
 nem sanè habet. Stella verò quæ æqualiter cum sole
 simulque cum hoc currit, Scitbon à splendore ap-
 pellatur. Restant tres adhuc lationes, eorum qui
 ad dextram cum sole lunæq; mouentur. Octauum
 præterea vnū oportet dicere, quem iure mûdum,
 supernum quis nuncupabit, qui contrà quam ceteri
 inouetur, ceterosque secum trahit, vt hominibus
 pauca de his scientibus videtur. Sed necesse ea dice-
 re, quæ sufficenter cognoscimus. Vera enim sapien-
 tia hæc ratione quodammodo illi apparet, qui vel
 modicum quid rectæ diuinæq; intelligentiæ nactus
 est. Reliquæ sunt stellæ tres: quarū vna ceteris tar-
 dior est, quæ Saturni nomine à quibusdam cognom-
 inatur, quæ post hæc situ & tarditate ponitur, Io-
 nis esse dicitur, deinde Martis, qui ceterorū maxi-
 me rubes est. Hæc intellectu, si quis exponat, diffi-
 lia nõ sunt, sed postquam intellexeris, ita de diis, vt
 diximus existimadum est. Illud etiam cuiuslibet Græ-
 co sciendum est, nos regionē ad virtutem omnium
 penè optimam habitare. In hoc maximè laus regio-
 nis huius cõsistit, quod inter hyemalem æstiuamq;
 naturam media est. Quoniã verò magis quàm Bar-
 bari, vt diximus, ab æstiuæ serenitate distamus, horū
 deorum ordinē tardius intelleximus. Verum quic-
 quid Græci à Barbaris accepere, melius reddiderat.
 Quod & in his quæ modo tractamus, cogitare de-
 bemus, quod quauis inuentu hæc difficilia sint, ma-
 gna tamen spes nobis est Græcos præstatori cultu
 quam à Barbaris acceperint, hos deos omnes hono-
 raturos, ac rû disciplinã, tû Delphici oraculis mo-
 nitos, omni legitima obseruatione diligēter profes-
 cuturos. Nec Græcorum quispiam existimet nõ o-
 portere mortales de diuinis rebust tractare: sed con-
 trã omnino putet, nec mente carere deũ, neq; natu-
 rã humani generis ignorare. Sic enim se docentem
 ita sequuturos homines, vt que doceret perdiscant.
 Quod autem numerũ numeratq; docet, quodque
 nos id ipsum discimus, nõ ignorat: si enim id igno-
 raret, esset omniũ amentissimus: certè & quod fer-

tur, accideret. Ipse enim seipsum ignoraret, si potes-
 tibus discere inuideret magis quam gratularetur,
 quod propter deum boni efficiantur. Profecto veri-
 simile est, quando primũ homines de diis cogita-
 re coeperunt, quod essent, & quales, quidue ageret
 non vt prudentes quidem, nec vt secundi iudicant,
 se, qui antiquissima esse putauerunt igitur & aqua
 & cætera corpora: mirabilem autem animã poste-
 riorem. Vade & corporis motum potestiorum, hor-
 norabiliorēq; ducebat. Nemp seipsum calore &
 frigore, ceterisque huiusmodi agitare. Animã vero
 neq; corpus, neq; seipsum mouere: nunc verò cum
 dicamus, si animã corpori adid, nihil mirum esse, vt
 & seipsum moueat, & corpus circũferat, dubiũ nõ
 bis nullum est, quin pondus ab ea circumferri possit.
 Cum autem vnuerũ causã animã sit, & rerum alia
 bonæ sint, alia malæ, latioris quidem omnis mō-
 tũque causã animã esse dicendũ, sed latiorē mō-
 tũq; ad bonũ ab optima animã proficisci, motum
 verò ad contrariã, à contrario. Mala autem à bonis
 victa esse, vincique oportet. Hæc nobis secundã au-
 ditiũ impios puniens, dicta sunt omnia. Quãtum
 verò attinet ad id quod modo probatur, dubitandũ
 non est, quin bonus vir sapiens sit dicendus. Sed vi-
 deamus nunquid hæc sapientiam quam iadũ quæ-
 rimus, per disciplinã vel artem aliquam assequa-
 mur, quod si ignorauerimus, expertes, ignarique
 iustitiae futuri simus. Ita profecto mihi videtur, qua-
 re dicendũ est. Quod igitur sursum deorsũ que in
 uestigando cognoui, oratione vobis aperite cona-
 bob. Nam maxima virtus neglecta ignorat. Causã
 fuit, vt prædicta nobis significare videtur. Maio-
 rem verò virtutem religio piecãtq; in deum, nul-
 lam in humano genere inuenit quisquam sibi per-
 suadere. Id ex maxima ignorantia in optimis natu-
 ris factum non est. Optimæ autē nature sunt quæ
 rarissimè reperiuntur, & si quidõ reperiuntur, ma-
 ximè profunt. Animus certè facilis ille est, qui tar-
 diam contrariãque naturã misere & mediocriter
 possidet: foritudo inè admiratur, & reperiendam di-
 ligit, & quod maximum est in his naturis, ac discen-
 dum promptus est ac memor: & huiusmodi rebust
 maximè delectatur, discendi studio deditus, hæc vi-
 tiq; ne facile innaescuntur, & cum innata fuerint,
 si educationē disciplinãque idoneã consequatur,
 plurimos inferiores ita moderari & continere pos-
 sunt, vt cogitando, loquẽdo atque agẽdo singula er-
 ga deos, vt oportet, & quod oportet, in sacrificiis pu-
 nificationibusque eorum quæ in deos homines pu-
 sca sunt, non simulatione, sed veritate virtutē ma-
 ximè colat, quod ciuitati omnium vtilissimum est.
 Hanc igitur partē naturã principalissimã esse affe-
 rimus, posseque quam maximè atq; optimè si quis
 doceat, discere. Nemo autē docebit nisi deus adiu-
 uerit. Ab eo verò qui modum in docendo non ser-
 uat præstat non discere, necessariũ tamē ex his quæ
 modo dicta sunt, videtur hæc discere, & à nobis na-
 turam hæc optimã dici. Quare conueniẽ exponere
 quæ & qualia sint: & quomodo perdiscenda, idq;
 pro meis qui discere viribus agatur, & eorum qui
 exaudire poterunt quo pacto cultus diuini nõ nul-
 la discatur. Inuestigatum quid forsã audierit, nomen
 tamen rei discimus, quod nullus propter huius rei
 imperitiã arbitratur. Nolite ignorare Altronon-
 miam sapientissimam quiddam esse. Nemp necesse
 est verum astronomum esse, non eum qui secundũ
 dam Heliodum omnẽq; huiusmodi, occasum or-
 tumque

tumque consideret, sed eum potius qui circuitus o-
 cto, & quomodo septem sub primo versentur, quò-
 uere ordine circuitos suos singuli peragant: Quod nul-
 la natura nisi mirabilis sit, facillè vnquam inspiciet,
 vt modo diximus, & dicemus, declarantes quid o-
 porteat & quomodo oporteat discere. Primò igitur
 id dicatur, quod Luna celerrimè circuitum suũ euo-
 lut, atq; ita plenilunium primũ & mensẽm peragi-
 tur. Sol deinde inspicendus est, qui solstitia verso-
 nesq; temporum circuitu efficit suo, præterea & qui
 vnã cum Sole currunt, cõsiderandi. Deniq; ne cadẽ
 deo esse sepius differamus, cursus omnes quos pau-
 lo ante tetigimus, quæ non facillè intelligitur, cõ-
 templari debemus, ita vt naturæ prius doctrinis ad
 hæc pertinentibus longò vñ laboreque à inuenta,
 imò verò & à pueritia præparentur. Quocirca do-
 ctinis quæ mathematicæ appellantur, opus est, pri-
 mò verò ac maximè numeris. non his dico numeris
 qui corpus habent, sed qui omnem parit imparisue
 generationem atq; virtutem, quam ad perficiendã
 cognoscendamque rerũ naturã conferunt. Quibus
 perceptis illa deinceps, quã ridiculè Geometriam
 appellant, dicenda est. Numerorũ verò inter se na-
 tura dissimilium similitudo ad planorum partē re-
 lata clarescit. Quod quidem nõ humanum, sed diu-
 num miraculum, si quis planè intelligat, videatur
 oportet. Post hanc numeri, qui in tres vsq; dimensio-
 nes adacti sunt, naturæ solidæ similes, ac rursus dis-
 similes, alia quadã arte, stereometria videlicet huc
 simili, considerãdi sunt: hæc iam quoq; qui in ea obit-
 ter versati sunt. Geometriam non nauauerunt. Illud
 autem mirum diuinũq; intelligentibus est, quod cum
 rerum virtus in duplo semper, & in suo oppo-
 sito reuoluat, in singulis proportionibus per ge-
 nera specietq; vnuerũ natura formatur. Prima igitur
 dupli virtus secundum numerum, per vnũ ad
 duo proportione ne procedit, duplum potentia possi-
 dens. Sed in solidum & tangibile rursus ab vno in
 octo dupli ratio proficitur, alio verò dupli in me-
 diũ, sed fortè minore maius, & minus maioris
 qualiter. Verũ aliud eadem parte extremitates ex-
 cedit, ab eisq; exciditur. In medio verò f. an ad
 duodenarium numerum, sesquialtera, sesquic-
 teria emerit proportio, horum in medio vis huiusmo-
 di ab ytraque versa cõtinuum hominibus vsũm cõ-
 mūdũq; attribuit, ludi & temporalis numeri cõ-
 centũsq; gratia, choreæ musarum felici tributa. Hęc
 igitur ita fiant, & ita se habeant, quorum finis est, vt
 ad diuinã generationem, & eorum quæ cernuntur
 oculis pulcherrimã diuinãque naturam cõdi-
 randã nos conferamus, quatenus hæc h. omni-
 bus inspicendam deus largitus est, quam nunquam sine
 dictis artibus assequemur. Ad hæc singula quæq; ad
 species suas, omnia deniq; ad vnũ in disputationi-
 bus referenda, interrogando & arguendo, si qua mi-
 nus rectè dicantur. Rectè enim omniũ pulcherrima
 & prima hominibus huiusmodi examinatio est.
 Vbi verò non talis reuera, sed simulata inquisitio
 est, frustra contenditur. Præterea temporum cõsi-
 derãdis est ordo, quã exactè cœlestia omnia per-
 scit, vt quincunq; verè dictum fuisse crediderit anti-
 quiorẽ diuiniorēq; corpore animã esse, putet
 præclare sufficereq; illud quoq; esse dictum, deo-
 rum plena esse omnia: ad vñ superi neq; obliuiscantur
 nostrarum rerum, neq; nos deserant. Sed hoc in
 his omnibus aduertendum est, maximè illi qui re-
 cte perceperit, profutura: ei verò qui non rectè,

deum inuocandum esse. Modus vero hic est (neces-
 se enim est id quoque dicere) Omnem linearem de-
 scriptionem, cõstitutionemq; numeri, & concen-
 trationem, circuitusque astrorum conuenientia,
 & quæ vnã cunctorum conspiratio est, percipi o-
 portet ab eo qui modo congruo discit, perficitur
 autem si quis quod diximus ad vnũ rectè respici-
 ens dicat. Vnum enim horum omnium intelli-
 genti vinculum apparebit. Qui verò aliter hæc ad-
 discenti studeat, fortunã, vt dicimus, inuocet. Nunquam
 enim absque his natura in ciuitatibus vlla felix effi-
 cietur. Etenim hic modus est, hæc educatio, hæc dis-
 ciplina. Per hæc itaque vis facilia siue difficilia sint,
 cundum. Ne fas autē est deos negligere, quom felix
 omnium illorũ doctrina omnibus recta ratione pa-
 tuerit. Eum sanè qui cuncta hæc ita percipit, verè
 sapientissimum appellamus. Quem ego etiam ioco
 & serio affirmo, cum diem suum obierit, non am-
 plius multorum sensum, vt nunc, sed vnus sortis
 participem fore, vnũq; de multis factum, felicem,
 sapientissimum atq; beatum: & siue quis in conti-
 nenti, siue in insulis, seu publicè, seu priuatim vixe-
 rit, modo ita se gesserit, eadẽ à deo sortem reper-
 tarum. Sed quod in principio diximus, nunc quo-
 que verum nobis apparet, nõ posse homines præter
 paucissimos perfectè beatitudinem cõsequi. Quod
 quid rectè nobis asserunt est. Nam qui diuini pruden-
 tẽsq; simul, aliis virtutibus natura præditi sunt,
 disciplinas præterea felices consequuti, quas dixi-
 mus, iis solummodo satis ad felicitatem omnia se
 habere videntur. His igitur qui ita & priuatim &
 publicè in his laborarunt, cum ad senectã peruene-
 rint, maximos tradi magistratus iubemus, ceteros
 verò sequi, & deos simul deasq; laudare, ac ceterum
 nocturnum ad hæc sapientiam omnes diligenti
 examinatione peractã quã rectissimè adhortari.

ARGUMENTA MAR-
 SILLI FIGINI IN EPI-
 STOLAS DVO-
 DICIM PLA-
 TONIS.

ARGUMENTVM IN EPI-
 STOLAM PRIMAM.

DIO Syracusanus vir profectò magnus, Platoni
 non auditò solam, sed etiam imitator, à tyranno
 expulsi, & magno animo pecuniam quam mis-
 rat tyrannus statim remisit: & vixit Platoni
 natus, pro summa iniuria, summo quodam Diony-
 sium afficit beneficis, tribus scilicet præceptis salutari-
 bus admo-
 nens. Primum est, principes non pecuniarum sed amicorum
 defectu perire. Secundum, nullam potentiam maiorem esse ho-
 norum prudentiũque consensu. Tertium oportere errata præ-
 terita recognoscere, & quanto nobis detrimento sint, arguari,
 quò à futuris delictis absteruamur.

ARGUMENTVM MARSILLI
 FIGINI IN EPISTOLAM SECUNDAM QUÆ
 EST PLATONIS AD DIONY-
 SIUM SECTIUM TY-
 RANORUM.

In hac epistola quam Plato scribit ad Dionysium iniuriẽ post
 primum ab eo discessum, & expulso Dione, quatuor sunt præ-
 ceteris obseruanda. Primum quidem, quod ait magnam poten-
 tiam naturali quodam instinctu, que sapientiam sese inuicem
 petere quò in vnũ congregantur. Id quidem in diuinitate,
 in natura, in arte perceptum habemus. Principio petes deam
 infinitam dei potentiam immensa sapientia comitatur. Quod
 hic sub iocis & Trometis nomine indicat: tonem quidem po-
 tentiam, Trometis verò prudentiam esse iudicant. N. em-
 pe diu-